a opus incertum

b opus reticulatum




Vtraq; autem ex minutissimis sunt instruenda, uti materia ex calce & arena crebriter parietes satiati diutius contineantur. Molli enim & rara potestate cum sint exsiccant sugendo è materia succum, cũ aũt superarit & abundarit copia calcis & arenæ, paries plus habens humoris non cito fiet euanidus, sed ab his continebitur, Simul autẽ humida potestas è materia per cęmentorũ raritatẽ fuerit exucta, tum calx ab arena discedẽs dissoluitur, itẽq; cęmenta nõ possunt cũ his cohærescere, sed in uetustatẽ parietes efficiunt ruinosos. Id aũt licet animaduertere ẽt de nonnullis monumentis, quæ circa urbẽ facta sunt è marmore seu lapidibus quadratis, intrinsecusq; medio